

## **Scientia Sanctorum**

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan.  
Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In  
Dominicas, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In  
singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

**Puente, Luis de la**

**Dilingæ, 1685**

18. De superbia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60561](#)

sim edemandæ. Sicut Moyses Istraël dixit : *Ipse Deus consumet nationes has in conspectu tuo pannatim & per partes : non poteris eas detere pariter.*

Circa singula peccata considerabuntur tria.

1. Quomodo peccatur, etiam venialiter. 2. Damna provenientia, & pœnæ in hac & in futura vita debitæ. 3. Præmium vincentis.

## MEDITATIONES SU-

### PER CAPITALIA PECCATA.

### MEDITATIO XVIII.

*De Superbia.*

### PUNCTUM PRIMUM.

*Quid sit & quomodo peccatur ?*

Super-  
biæ a-  
ctus.

<sup>1.</sup>  
*Isa. 10.*  
<sup>13.</sup>

<sup>2.</sup>  
<sup>3.</sup>  
<sup>4.</sup>

Vitia.

**E**st appetitus excellentiæ inordinatus, de bonis sive corporis, sive animi. Habet quatuor actus 1. Cùm tribuit sibi, quod est Dei, veluti dicens: *Quis noster Dominus est?* 2. Cùm à Deo recognoscit, sed tanquam debitum suis meritis, quod est gratiæ. 3. Cùm plura præsumit, quam habeat. 4. Cùm in habitis se excellere putat alios, aut cupit certè, quod sibi cedant.

Ex superbia multa oriuntur virtus. 1. Vana gloria, qua appetitur æstimari & laudari ab aliis. hujus actus sunt; gloriatio de bonis habitis, ac si ea non accepisset à Deo ; vel de iis etiam, quæ non habet ; vel etiam de malis. Deinde studium placendi hominibus propter laudem, denique inane

inane gaudium, quod placeat illis, & in aestimatione sit, & est vana gloria detestabilior de bonis animi, praesertim virtutibus, quod haec corrumptat. 2. Ex superbia oritur jactantia; cujus actus sunt, laudare seipsum; venditare, quae non habet, aut exaggerare, quae habet, & inaniter propalare, quae suppressa forent. 3. Ambitio honorum & dignitatum, quae inordinata est, cum appetit supra merita, aut mediis non convenientibus, aut affectu nimio, quasi finem constituendo. 4. Praesumptio, qua, laudis appetitu, majora suis viribus praesumit, & audet. 5. Hypocrisis, simulando bonam intentionem, cum sit vana, aut bona operando, causâ gloriae. 6. Pertinacia, ubi par erat cedere alieno iudicio, vel cum tuetur suum, ne errasse videatur. 7. Contemptus aliorum, non inferiorum tantum, sed etiam aequalium & superiorum. *Superbia enim ascendit semper.* Unde existunt innumerabilia peccata, discordiae, rixae, maledicta, <sup>Ps. 73.</sup> inobedientiae, blasphemiae. Circa haec meditans, ingrediar in meipsum, & recognoscam in singulis meos defectus, memet acriter reprehendens! Miser, quid habes, quod non acceperisti? Iam <sup>1. Cor 4. 7.</sup> dives factus es; jam saturatus es, jam solus regnas? <sup>Apoc. 3.</sup> Et nescis quia tu es miser & miserabilis, & pauper, Eccl. 10; & cacus, & nudus? Quid suberbis terra & cinis? 9. 25. 4. Pauperem superbum odit Deus.

## PUNCTUM II.

**D**amna superbiæ. Ea indicantur illis verbis: <sup>Pœna</sup> *Quis se exaltat, humiliabitur.* Ubi triplex <sup>superbiæ</sup> *Ubi triplex* <sup>Mat. 23.</sup>

F

Pœnæ

I. pœna significatur. 1. Et quod spolietur bono habitu. 2. Et quod frustretur desiderato. 3. Et quod pro exaltatione subeat humiliationem. Sic Lucifer amisit gratiam & dona, quibus ornatus fuerat, non attigit, quoad spiritavit, & pro excelso solio, præcipitatus est in profundum luti. Quod exemplo Christus gloriantes discipulos repressit: *Videbam Satanam, sicut fulgur de cœlo cadentem. Ita Adam, Nabuchodonosor, Herodes, & alii.*

Lue. 10. 18. 2. Derelictio iusta.  
3. Confusio.  
Isaia. 14. 10. Mat. 7. 3.

Deinde superbos destituit Deus extraordina-  
riis auxiliis, & labi sinit etiam in fœda pecca-  
ta, quæ est pœna maxima. De Anania & Saphira  
affirmat Basilius, quod affectantes gloriam  
ex venditis facultatibus, permitteente Deo, par-  
tem sibi reservaverit, unde & laudem facti, &  
vitam ipsam perdiderunt. Denique consideran-  
da est æterna confusio, quam subibunt elati,  
quando eis improperebitur à superbis dæmoni-  
bus: *E tu vulneratus es. sicut & nos? nostri similis  
factus es. detracta est ad inferos superbia tua. O  
trabs superbiaz in oculo, que non sinis videre!  
Amove, ut videam, IESU humillime!*

### PUNCTUM III.

Mat. 23. 12. Merces humiliū triplex. Exempla.

**M**erces humilium *Qui se humiliat: exaltabi-  
tur.* Primò educitur ex statu abjectionis, &  
miseriis. 2. Deinde conservata ipsi manent do-  
na accepta. 3. Demum ad ampliora evehitur.  
Peccator seipsum humilians, eruitur à peccatis,  
recipit amissam gratiā, exaltatur ad dignita-  
tem Filii Dei. Sic Publicanus descendit justifi-  
catus

Catus coram Deo, præ superbo Pharisæo; &  
impius Achab, quia se humiliavit, avertit intentatum supplicium. Quod si peccator humiliatur exaltatur: quomodo justus humilitatis studiosus? augebitur haud dubiè copiosis gratiæ donis. Ergo, quanto magnus es, humilia te in *Ecol. 3.* omnibus, & coram Deo invenies gratiam: Sic Dei 20.

Mater exaltata est propter humilitatem suam, quin ipse Filius Dei. Nam generalis est regula absque exceptione: *Qui humiliat se, exaltabitur.* *Mat. 23.*

Insurgam in meos circa hoc defectus, con- 12.  
trariisque actibus eos extirpare conabor, initio 2.  
facto ab humiliatione in rebus externis, quæ Extirpa-  
facilior est. Nihil porro, teste Bernardo, faci- tio vi-  
liss est volenti, quam humiliare seipsum. Nam, serm. 2.  
si exaltare me velim, erunt, qui obsistant: si au- qua-  
tem humiliare, nemo repugnabit. Est autem drag.  
expedita ac unica ratio vincendi superbiam,  
humiliatio: ut idem ait Bernardus.

---

## MEDITATIO XIX.

### *De vitio Gulae.*

#### PUNCTUM PRIMUM.

**E**st cibi & potu inordinatus appetitus: pec- *Gula*  
catur autem quinque modis. 1. Si contra pecca-  
præceptum vescamur vetitis ab Ecclesia, vel ab tur. 1.  
instituto, vel ex voto. 2. Si immoderatè in quan-  
titate, cum gravi valetudinis corporis incom- 2.  
modo, vel animæ periculo, aut bibas usque ad